

& Japhetum ; quam etiam in b. l. (Gen. 9. 18.)
 & fuerunt filii Noe egressi ex arca , Sem , Ham & Ja-
 phet. Quomodo autem possemus falsitatis arguere tot loca ?
 propterea dixi quod sit ordo Nativitatis eorum , quemad-
 modum eos refert Sc. S. Sem initio , post illum Ham , &
 post hunc Japhet. Eandem sententiam ex Christianis
 amplexus est post Scaligerum aliosque Seb. Schm. in
 Annot. posth. in Gen. 5. 32. ubi scribit : ordo filiorum
 Noachi videtur natus esse & ordinem generationis sequi
 alibi etiam repetitus. cont. id. ib in c. 10. 21. & h. l. ac re-
 centissime Guffer. L. H. comment. f. 199. & 323. Unde au-
 tem Josephus Antiqq. Judd. l. 1. c. 5. f. m. 11. Semum
 Japhero , & Japhetum Hamo præponat , scribens : οἱ δὲ
 Νώχ & παῖδες τρεῖς ὄντες , Σήμος , καὶ Ἰάφθας , καὶ Χάμου ,
 ἕκαστον ἕτερον ἔμπροσθεν τῆς ἐπομβρίας γεγονότες , & Rab-
 bag. ap. Abarban. l. c. col. 4. l. 22. f. Japhetum natu ma-
 ximum , Hamum medium & Semum constituat mi-
 norem , ignoramus ; ita vero illius sententiam re-
 fert והרלבג חושב שחם נולד אחר יפת ושם
 מכלם & R. Levi b. Gerson existimat , Chamum natum esse post Japhetum , Semum
 autem postremo , ut hic illis omnibus sit natu minor. In-
 quam sententiam quoque Aben-Esra allegat B. Pfeiff.
 D. V. in Gen. 5. 32. Sed cum tam Josephi quam Rabbagi
 sententiam nullo plane suffultam videamus fundamen-
 to , eam perinde ac illorum , qui hos tres uno eodem-
 que partu editos statuunt , pluribus non attingimus ; præ-
 fertim , cum ne illis quidem stantibus , tam tenori textus ,
 quam dubiis inde oriundis queat satisfieri. Alii ergo
 contendunt in Scr. S. tres Noachi filios recensente non
 adhiberi ordinem naturalem , sed personalem partim ,
 par-